



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expositio Cavsarvm Quibus S. R. M. Sveciae bellum à
Rege Regnoque Daniae sibi illatum, etiam post Pacem
Roschildiae initam, continuare coacta fuit**

Coyet, Peter Julius

[S.l.], 1658

Lit. Z. Diploma Regis Daniae, per quod Wenensibus Homagio, quo Ser.
Reg. Sueciae obstringi debebant, interdicat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10534

Lit. Z.

Diploma Regis Daniæ, per quod Wenensibus Homagium, quo Ser. Reg. Sueciæ obstringi debebant, interdicat.

NOs Fridericus Tertius, Dei Gratia, Daniæ, Norvvegiæ, Wandalarum, Gothorumque Rex, Dux &c. Nostro Pastori animarum primario, Prætori & omnibus reliquis Insulæ Nostræ Wenæ Incolis salutem à DEO sempiternam dicimus cum Gratia nostræ oblatione. Postquam ad aures nostras pervenit, S. Majest. Regis Sueciæ Ministros à Vobis requirere velle, ut Regno Sueciæ Homagium præstetis; Nos vigore harum literarum Vobis omnibus & singulis interdiciamus, ne ulli alii, quicumque ille etiam sit, vestræ fidelitatis juramentum præstetis, utpote quo Nobis & Regno Daniæ, non secus ac omnes Nostri fideles subditi in provincia nostra Sialandia obstricti estis, scilicet ad quam provinciam terra vestra cum omni jurisdictione seculari & Ecclesiastica hodiè pertinet, & semper etiam pertinuit. Nos è contrario erimus Rex & Dominus vester clementissimus vestroque commodo modis omnibus studebimus. Dabantur in arce nostra Håffniensi die 7. Maji 1658.

Sub Sigillo Nostro

Friderich

Lit. A. A.

Literæ Wenenses, quibus Commissariis Svedicis ad alteram Citationem respondent.

Excellentissimi & Gratiostissimi Domini Commissarii, Cum nuper in hanc Insulam S. R. M. mandatum die 29. April. Anno 1658. allatum

K. 3

quidem